manuscript

Seite 122r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

rubor subpallidus in efficientia
corporee pulcritudinis temperat.
Alioquin incorporea illa invisibi
lisque anime substantia nec corporeis
distincta membris nec visibilibus
extat fucata coloribus. Tu vero
spiritalem essentiam spiritali si
potes attingere intuitu et ad co-
aptandum posite similitudinis
scema cogita anime faciem intus
intencionem, ex qua munieru recti-
tudo operis, sic ex facie pul-
tudo corporis estimatur. Porro re-
cundiam intelligere tanquam colo
rem in facie quod habet potissimum
ruborem et venustatem ingerat
et augeat gratiam. Pulcre ergo
sunt gene tue sic turturis. Po-
terat usitatius faciem ponere
et describere pulcram, sic solet
cuius pulcritudo laudat, pulcra
facie seu decora facie dici. Sed
nescio quid sibi voluerit ut ma-
gis genas pluraliter dicendum
putavit, nisi quod minime id putave-
rim otiosum. Spiritus namque sa-
pie loquitur, cui non est vas vel
modicum quod omnino ascribere
otiosum, aut secus dictum quam
oportuerit. Est itaque sine dubio
causa quecumque illa sit, cur plu-
raliter genas maluerit quam sin-
gulariter faciem dicere. Et si tu
melius non habes ergo quod mihi
videtur aperio. Duo quedam

in intencione quam faciem anime
esse diximus, inesse requirunt
res et causa, id est quid inten-
das et propter quid. Et ex hiis
sane duobus anime vel decor
vel deformositas iudicatur, ut
verbi causa, anima que ambo
ista recta atque pudica habuerit,
illi merito veraciterque dicatur:
Pulcre sunt gene tue sic tur-
turis. Que vero altero eorum
caruerit, non poterit dici de ea
quod pulchre sunt gene tue sicut
turturis propter eam que adhuc
ex parte erit deformitate. Mul-
to autem minus hoc illi convenire
poterit que neutrum horum lauda-
bile hic invenerit. Set id totum
planius fiet in exemplis. Sed
verbi causa, intendat quis anim-
um inquirende veritati, atque id solo
veritatis amore, nonne is tibi
videtur et rem et causam ha-
bere honestam, meritoque sibi
vendicare quod dicitur: Pulcre sunt
gene tue sic turturis, quippe
cum in neutra genarum nevus
reprehensione appareat. Quod
si minime quidem veritatis de-
siderio, sed aut inanis glorie
aut alterius qualiscumque commo-
di temporalis obtentu in veritate
intenderit, iam et si unam ge-
narum videat hic formosa,
non tamen dubitabis ut arbitror